

βέρτος ἐκ τῶν τῆς φιλοσοφίας Ἀριστοτέλους ἀρχῶν δύνασθαι ληφθῆναι τὴν ἐκ τοῦ μὴ ὄντος τῶν ὄντων δημιουργίαν καὶ τὸ τὸν θεὸν κατὰ προαίρεσιν ποιεῖν πλείω προάγοντα καὶ διὰ τὴν τῆς ἀπείρου δυνάμεως ὑπεροχὴν ἑαυτοῦ μηδεμιᾶς ὕλης δεῖσθαι, ἀλλ' ἐκ τῆς ἡμετέρας ἀληθοῦς θεολογίας ταῦτα δύνασθαι ληφθῆναι τῆς δι' ἀποκαλύψεως θείας τοῖς διδασκάλοις ἐμπνευσθείσης. ὁ δ' ἐναντίος οὗτος τὰ ἴδια τῆς ἱερᾶς ἡμῶν πίστεως εἰς τοὺς Περιπατητικούς ἀναφέρει. καὶ ὁ οἱ ἡμέτεροι παντελῶς ἀποστρέφονται, οὗτος ἀποδέχεται τε καὶ εἰς τὴν ἱερὰν ἡμῶν αὐλὴν εἰσελεύειν πειρᾶται.

12 Καὶ μὴν καὶ Ἐρυξ ὁ Γανδαβινὸς κατὰ τὴν Ἀριστοτέλους γνώμην τριττὴν φησὶν εἶναι τὴν πρὸς τὸ εἶναι σχέσιν ἐκάστου. »ἢ γὰρ ἐξ ἑαυτοῦ μὲν καὶ εἰδικῶς ἐστὶν ἀναγκαῖον, ἐξ ἄλλου δὲ αἰτιατικῶς, ἢ ἐξ ἑαυτοῦ μὲν εἰδικῶς ἀναγκαῖον, ἐξ ἄλλου δὲ κατὰ τὸ ἐξηρητῆσθαι ἐκεῖνου, ἢ τὸ τρίτον, V 127^v ἐξ ἑαυτοῦ μὲν ἐστὶ δυνατόν εἶναι, ἐξ ἄλλου δὲ ἀναγκαῖον εἶναι διὰ τὸ τὴν αἰτίαν ἀναγκαῖως τὸ δυνατόν ἐκεῖνο προάγειν. ἀλλὰ τούτων ὁ μὲν πρῶτος τρόπος, φησὶν, ἀντίφασιν περιέχει. τὸ γὰρ αἰτιατικῶς ὂν ἐξ ἄλλου, τοῦτο 15 καθ' αὐτὸ ἐστὶ μὴ ὂν καὶ δυνατόν εἶναι. τὸ δ' ἐξ αὐτοῦ ἀναγκαῖον οὐδαμῶς ἐστὶ δυνατόν.« ῥητέον οὖν τὸν Ἀριστοτέλη διὰ τοῦτο προσθεῖναι τοῦτον τὸν τρόπον, ἵνα τὴν ἀντίφασιν δηλώσῃ. καὶ ἐπεὶ ἐδόξασε τὰς χωριστὰς οὐσίας ἔχειν ἀναγκαῖον εἶναι ἐξ ἑαυτῶν, ἠρνήσατο αἰτιατικῶς αὐτὰς τῆς πρώτης αἰτίας ἐξηρητῆσθαι. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὸν τρίτον τρόπον οὐ παρα- 20 δέχεται ὡς καὶ αὐτὸν ὁμοίως ἀντίφασιν περιέχοντα, ὡς ἐκ τοῦ ὑπομνηματιστοῦ ἐν τῷ δωδεκάτῳ τῶν Μετὰ τὰ φυσικὰ δείκνυται, κακῶς φρονῆσαι Ἰωάννην τὸν Φιλόπονον λέγοντος τὴν ἐξ ἑαυτῆς δυνατὴν κίνησιν δύνασθαι ὑπ' ἄλλου αἰτίου γίνεσθαι. »ἢ γὰρ δυνατὴ οὐσία αἰτίου εἶναι οὐ δύναται. καὶ διὰ τοῦτο ἡ αἰτία οὐσία οὐκ ἐστὶν ἀπ' ἄλλου. εἰ γὰρ ἀπ' ἄλλου ἦν, 25 τὸ ἐξ ἑαυτοῦ δυνατόν ἦν ἂν αἰτίου. ὁ μάχεται τῇ Ἀριστοτέλους δόξῃ.« κὰν τῷ πρώτῳ δὲ τῶν περὶ Οὐρανοῦ ὁ αὐτὸς ἐξηγούμενος τὸ ῥητὸν ἐκεῖνο τὸ λέγον ἀδύνατον εἶναι τὸ γενητὸν μὴ φθαρῆναι· »εἴ τι, φησί, γενητὸν εὐρίσκειτο εἶναι αἰτίου, ἢ δυνάμει οὔσα οὐσία μεταβάλλοι ἂν εἰς ἀναγκαῖαν οὐσίαν.« ἄλλως γὰρ οὐκ ἂν εἴη τοῦτο, εἰ μὴ ἦτοι ἢ ἑτέρα οὐσία εἰς τὴν 30 ἑτέραν μεταβάλλοι, ἢ δύο ἐναντία οὐσία εἴεν κατὰ ταῦτό. λοιπὸν ἄρα ἐστὶν τὸ τὸν μέσον τῶν τριῶν ἐκείνων τρόπον εἶναι τοῦ Ἀριστοτέλους δόξαν, δηλαδὴ τὸ ἐξ ἑαυτοῦ εἰδικῶς ἀναγκαῖον εἶναι ἔχον ἐξηρητῆσθαι τοῦ θεοῦ οὐχ ὡς ποιητικῆς, ἀλλ' ὡς τελικῆς αἰτίας καὶ τελειωτάτης πάντων τῶν ὄντων. τῆς αὐτῆς δὲ γνώμης καὶ οὐκ ὀλίγοι τῶν μεταγενεστέρων 35 εἰσὶ διδασκάλων.

13 Ἡμεῖς δὲ καὶ τρίτον πρὸς τοῖς εἰρημένοις μάρτυρα πλείστου ἄξιον καὶ τὴν Ἀριστοτελικὴν εἰς ἄκρον ἐξησηκῆμένον φιλοσοφίαν Θωμᾶν τὸν ἐκ V 128 τοῦ Ἀκυῖνου παράγομεν. ὅς ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Ἐπιτομῶν ἑαυτοῦ, ζητήματι τεσσαρακοστῷ τετάρτῳ καὶ κεφαλαίῳ δευτέρῳ ζητῶν, εἰ ἢ πρώτη ὕλη ἐκ 40 θεοῦ δεδημιούργηται· »οἱ ἀρχαῖοι, φησί, φιλόσοφοι κατὰ μικρὸν εἰς τὴν τῆς ἀληθείας γνώσιν ἀφίκοντο. ἐξ ἀρχῆς γὰρ ὡσπερ παχυλώτεροί τινες ὄντες τὸν νοῦν μόνον τὰ αἰσθητὰ σώματα ὑπελάμβανον εἶναι. οἱ τε κίνησιν

a principiis Aristotelicae disciplinae accipi posse productionem rerum ex nihilo et deum esse agens per electionem multa producens et propter suae infinitae virtutis excessum nulla egens materia, sed a theologia tantum haec accipi posse fatetur, quae per revelationem habeatur. Verum adversarius, quod peculiare fidei est, ad Peripateticam scholam refert, et quod nostri theologi penitus repudiarunt, ipse tueri et ad sacram ducere aulam contendit.

Erix Gandavensis doctor egregius: »Ex Aristotelis opinione, inquit, trifariam aliquid dici se habere ad esse potest, aut enim, ut ex se sit formaliter necessum esse et ab alia causaliter, aut ex se sit formaliter necessum esse et ab alia dependenter, aut tertio, ut ex se sit possibile esse et ab alio habeat esse necessarium, quia causa possibile illud necessario causet. Primus modus contradictionem includit. Nam quod causatum ab alio est, id de se est non ens et possibile ens. Quod autem de se est necessarium esse, nullo modo possibile est.« Ergo dicendum est Aristotelem addidisse hunc modum notando contradictionem. Et quia putaverat intellegentias habere necessarium per se esse, negavit eas a prima causaliter dependere. Tertium etiam modum negat, qui similiter contradictionem includit, ut commentatoris iudicio patet in duodecimo Metaphysicae contra Iohannem grammaticum: »Male, inquit, a Iohanne grammatico dicitur motum de se possibilem posse ab alio perpetuari. Substantia enim possibilis perpetuari non potest. Atque ita substantia perpetua non est ab alio, quoniam si ab alio esset, perpetuaretur, quae possibilis de se esset, quod oppositum sententiae auctoris est.« In primo etiam de Caelo idem exponens locum illum: Impossibile est, ne generabile deveniat ad corruptionem: »Si inveniretur, inquit, aliquod generabile aeternum, possibile esset, ut natura possibilis mutaretur in necessariam naturam.« Aliter enim esse non potest, nisi aut altera in alteram mutetur natura, aut duae naturae contrariae sint in eodem. Reliquum igitur est, ut ex tribus his modis secundus tantum ab Aristotele probetur, hoc est, ut aliquid habens formaliter ex se necessum esse dependeat ex deo non ut a causa efficiente, sed finali et perfectissimo entium omnium. In hac sententia nonnulli etiam moderniores doctores sunt.

Tertium testem fide dignum referam divum Thomam, Aristotelicae disciplinae peritissimum, qui in prima parte, quaestione quadragesima quarta, articulo secundo quaerens, an materia prima sit facta a deo: »Veteres, inquit, philosophi paululum veritatis cognitionem attigerunt. Primi enim illi rudiores adhuc nulla entia nisi corpora sensibilia esse putaverunt, ponentesque in his motum non nisi per aliqua accidentia motum con-

40 τετάρτην correxi ex δευτέρῳ V

9 cf. Henric. a Gandavo Quodlib. I. quaest. 7. 8. | 22 cf. Averr. In Arist. Metaph. XII. c. 41. | 28 cf. Arist. De Caelo I. α 12. 283 a, 25. | Averr. In Arist. De Caelo I c. 139. | 41 Thom. Aq. Summa theol. I. quaest. 44, art. 2.

ἐν τούτοις ὑποτιθέμενοι οὐκ ἄλλως ἐθεώρουν τὴν κίνησιν εἰ μὴ κατὰ τινα συμβεβηκότα οἷον μανότητα ἢ πυκνότητα καὶ σύγκρισιν ἢ διάκρισιν. τὴν τε οὐσίαν τὴν τῶν σωμάτων ὑποτιθέμενοι ἀγένητον εἶναι, τῶν τοιούτων κατὰ συμβεβηκὸς μεταβολῶν αἰτίας τινὰς ἀπεδίδοσαν, οἷον φιλίαν ἢ νεῖκος ἢ νοῦν ἢ τι τοιοῦτον. προβαίνοντες δὲ περαιτέρω διέκρινον τῷ νῦν τό τε οὐσιῶδες εἶδος καὶ τὴν ὕλην, ἣν ἀγένητον ὑπετίθεντο, τὴν τε μεταβολὴν ἐν τοῖς σώμασι κατὰ τὰ οὐσιώδη εἶδη γίνεσθαι ἤδη ὑπελάμβανον. τῶν δὲ μεταβολῶν αἰτίας τινὰς καθ' ὅλου ὑπετίθεντο, οἷον τὸν ζωδιακὸν κύκλον κατὰ Ἀριστοτέλην ἢ τὰς ἰδέας κατὰ Πλάτωνα. ἀλλ' ἐπιστῆσαι δεῖ, ὅτι ἡ ὕλη κατὰ τὴν μορφήν ὀρίζεται πρὸς ὠρισμένον τι εἶδος, ὡσπερ αὖ εἶδος-10 πεποιημένη ἢ οὐσία κατὰ τὸ κατὰ συμβεβηκὸς αὐτῇ ἐπιγινόμενον ὀρίζεται πρὸς τινα ὠρισμένον τοῦ εἶναι τρόπον οἷον ὁ ἄνθρωπος κατὰ τὸ λευκόν. ἐκάτερος οὖν ἐκείνων τὸ κατὰ μέρος ὃν ἐθεώρουν, καθ' ὅσον τόδε τι ἢ τοιόνδε τὸ ὄν ἐστίν· καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὰς ποιητικὰς αἰτίας μερικωτέρας ἐτίθεντο. ἐπέκεινα δὲ τινες φιλοπονήσαντες καὶ ὑψηλότερον ἑαυτοὺς διε-15 γείραντες ἐθεώρησαν τὸ ὄν, ἢ ὄν ἐστίν· καὶ τὴν αἰτίαν κατενόησαν τῶν πραγμάτων, οὐχ ἢ μόνον τάδε τινὰ ἢ τοιάδε εἰσίν, ἀλλὰ καὶ ἢ ὄντα. τὸ δὴ τῶν ὄντων αἰτίον, ἢ ὄντα ἐστίν, αἰτίον εἶναι τούτων ἀνάγκη, οὐχ ἢ μόνον τοιάδε εἰσὶ κατὰ τὰ εἶδη τὰ κατὰ συμβεβηκὸς, οὐδ' ἢ τάδε τινὰ κατὰ τὰ οὐσιώδη, ἀλλὰ κατὰ πᾶν, ὃ πρὸς τὸ εἶναι αὐτῶν καὶ ὀπισσοῦν 20 ἀνήκει. κἀντεῦθεν ἀνάγκη καὶ τῆς πρώτης ὕλης αἰτίον ὑποτίθεσθαι τὴν καθ' ὅλου τῶν ὄντων αἰτίαν.

Πρὸς τὸ πρῶτον τοίνυν λεκτέον, ὅτι ὁ φιλόσοφος ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Φυσικῶν περὶ τοῦ μερικοῦ γίνεσθαι διαλέγεται, ὅπερ ἐστίν ἐξ εἶδους ἢ τὸ κατὰ συμβεβηκὸς ἢ τὸ οὐσιῶδες. νῦν δὲ διαλεγόμεθα περὶ τῶν πραγμάτων 25 κατὰ τὴν πρόοδον αὐτῶν τὴν ἀπὸ τῆς καθ' ὅλου τοῦ εἶναι αἰτίας. ἥς δὴ προόδου οὐδὲ ἡ πρώτη ὕλη ἐκκλείεται, εἰ καὶ τοῦ προτέρου τῆς ποιήσεως τρόπου ἀποκλείοιτο.α

14 Ταῦτα καὶ ὁ θεῖος Θωμᾶς τοὺς ἀρχαίους φιλοσόφους λέγων πρῶτα μὲν τὴν ὅλην τῶν φυσικῶν οὐσίαν ἀναίτιον εἶναι νομίζοντας τὴν τῶν συμ- 30 βεβηκῶτων μόνων πρόοδον τιθέναι, ἔπειτα τὸν Πλάτωνα καὶ Ἀριστοτέλην ὑποδηλῶν τὴν τῶν μερικῶν ὄντων πρόοδον κατανοήσαντας καὶ τὴν τοῦ οὐσιώδους εἶδους πρόοδον εἰσαγαγόντας τὴν πρώτην ὕλην ἀγένητον τιθέναι καὶ ἀναίτιον ὡς πρῶτον ὑποκείμενον ἐκάστῳ τῶν γιγναμένων ὑπάρχουσαν, τελευταῖον ἐτέρους ἐπέκεινα ἑαυτοὺς διεγείραντας τὸ ὄν τε ἀπλῶς ἢ ὄν 35 θεωρῆσαι καὶ τὴν ὕλην ἐκ θεοῦ προῖεναι δοξάσαι, τοὺς Πλατωνικοὺς πάντως ἐμφαίνων, οἳ τοῦτα σαφέστατα φάσκουσιν. εἰ οὖν καὶ γνώμη τοῦ διδασκάλου τούτου Ἀριστοτέλης οὐκ ἐκείνοις συναριθμητέος τοῖς τὴν τοῦ καθ' ὅλου καὶ τοῦ ἀπλῶς ὄντος πρόοδον ἐπισκεψαμένοις, ἀλλὰ τοῖς περὶ τῆς μερικῆς τῶν ὄντων προόδου διειλεγμένοις, ἔπεται φανερώς τὸν Ἀριστοτέλη μὴ ἐπισκέ- 40 ψασθαι τὴν τῆς πρώτης ὕλης πρόοδον κἀντεῦθεν οὐδὲ τὴν ἐκ τοῦ μηδαμῶς ὄντος πρόοδον. ὃ γε μὴν Πλάτων ποίας περὶ τοῦτο γέγονεν δόξης, ἐν τε τῷ δευτέρῳ ἱκανῶς εἴρηται καὶ μετὰ ταῦτα λεχθήσεται πλατύτερον.

siderarunt, verbi gratia secundum raritatem, densitatem, aggregationem, segregationem. Et cum substantiam ipsam corporum incausatam statuerent, causas aliquas reddebant accidentalium mutationum: amorem, litem, intellectum aut huiusmodi aliquid. Tum processu temporis distinguere formam
 5 substantialem et materiam, quam ponerent incausatam, excogitarunt et mutationes in corporibus secundum formas essentielles percipere inceperunt. Sed earum mutationum causas viliores quasdam esse voluerunt ut circulum obliquum aut ideas. Sed considerandum materiam contrahi per formam ad speciem sibi determinatam, ut substantia alicuius speciei per accidens
 10 sibi adveniens contrahitur a determinato modo essendi ut homo per album. Utrique igitur illi considerarunt ens particulare vel in quantum hoc ens vel in quantum tale ens, atque ita causas agentes particulares reddiderunt. Sed ulterius alii studio progressi se altius erexerunt ad considerandum ens, qua ens est, atque ita contemplati sunt causas rerum,
 15 non solum qua haec aut talia sunt, sed etiam qua entia sunt. Hoc igitur, quod causa entibus est, in quantum entia sunt, causam esse oportet, non modo in quantum per formas accidentales talia sunt, verum etiam secundum unumquodque ad esse eorum pertinens quoquo modo, atque ita materiam etiam primam statui causatam a causa entium universali.

20 Ergo ad primum dicendum Aristotelem loqui de fieri particulari, quod et de forma in formam sive accidentalem sive substantialem. Nos autem loquimur de rebus secundum emanationem earum ab universali principio essendi, a qua quidem emanatione materia non excluditur, licet a primo modo faciendi excludatur.α

25 Sic divus Thomas primum veteres philosophos totam substantiam rerum naturalium incausatam esse existimasse productionem tantum accidentium statuentes refert. Secundo Platonem et Aristotelem indicat, qui productionem particularem animadvertentes formam substantialem produci, materiam autem primam improductam et ingenitam utpote primum sub-
 80 iectum et cuique facturae subditum existimarunt. Postremo ad eos venit, qui ulterius pergentes consideraverunt ens simpliciter et materiam quoque a deo esse productam putarunt, Platonicos indicans, qui haec apertissime dicunt. Quodsi testimonio vel huius doctoris sancti Aristoteles non inter eos enumerandus est, qui productionem rerum universalem et entis
 85 simpliciter poneret, sed inter eos, qui productionem tantum particularem attigerint, sequitur prorsus, ut Aristoteles non consideraverit productionem materiae primae et proinde ne creationem quidem ex nihilo. De Platone vero, cuiusnam opinionis de hac re fuerit, et in secundo dictum est latius et post haec clarius dicetur.

15 Λείπεται τοίνυν τὰ ἐπιχειρήματα τοῦ ἐναντίου λῦσαι. ὧν δὴ τὸ πρῶτον
 V 129 ἔκ τε τοῦ τὸν οὐρανὸν ἐξηρτῆσθαι τοῦ θεοῦ τὴν ἰσχὺν ἔχειν δοκεῖ καὶ τοῦ
 τὸν θεὸν ἐνδελεχῆ ποιῆσαι τὴν γένεσιν καὶ τοῦ πολλάκις εἰπεῖν τὸν Ἄρι-
 στοτέλη ποιεῖν τὸν θεόν. διὰ τούτων γὰρ οἴεται τὸν θεὸν αἰτίαν εἶναι τῶν
 ὄντων ποιητικὴν κατ' Ἄριστοτέλη. καὶ οὗτός ἐστιν αὐτῷ ὁ πολλάκις λεγόμε- 5
 νος ὡς μέγα τι ἰσχύων λόγος. ὡς δὲ οὐδὲν ὅλως ἰσχύει, ἐκ τῶν προ-
 ειρημένων δῆλον. ὁ γὰρ Ἄριστοτέλης φησὶν ἐξηρτῆσθαι, οὐ ποιητικὸν
 αἴτιον οὐδὲ δημιουργικὸν δηλοῖ, ἀλλ' ἦτοι τελικὸν αἴτιον, ἧ ἕκαστον τοῦ
 οἰκείου τέλους ἐξήρτηται, ἧ εἰ τὴν ἰδίαν τῆς λέξεως ταύτης σημασίαν καὶ
 τὴν συχνὴν χρῆσιν θεωροῦμεν, θέσιν τινὰ δηλοῖ τῶν μερῶν τινος ἐν τῷ 10
 ὅλῳ ἐπ' ἄλλῳ τῷ τῶν τοῦ ὅλου μερῶν ἰδρυμένου, οὗ χωρὶς εἶναι οὐ δύναται.
 πολλῶν τε διαφέρει δημιουργεῖσθαι λέγειν τοῦ ἐξηρτῆσθαι, εἰ βούλοιο κατ-
 ακολουθεῖν τῇ τοῦ Ἄριστοτέλους διανοίᾳ καὶ δόξῃ καὶ χρῆσθαι τῇ λέξει,
 καθ' ὅτι ἐκεῖνῳ δοκεῖ. τὴν μὲν γὰρ τροφὴν αὔξασθαι καὶ δημιουργεῖσθαι
 ὑπὸ θερμότητός φησιν ἐν τῷ περὶ Αἰσθήσεως καὶ Αἰσθητοῦ, καὶ ἐν τῇ 15
 καρδίᾳ πρώτη τὴν τοῦ δημιουργεῖν τὸ αἷμα δύναντι ἐνεῖναι ἐν τῷ δευ-
 τέρῳ τῶν περὶ Ζῴων Μορίων. ἐν ζ' καὶ τὸ παχύτερόν τε καὶ θερμότερον
 αἷμα τῆς σωματικῆς ἰσχύος ποιητικώτερον εἶναι φησι, τὴν ποιητικὴν
 αἰτίαν δηλονότι τῆς τροφῆς καὶ ἰσχύος σημῆναι βουλόμενος. ὅταν δὲ τῶν
 μερῶν τὴν πρὸς ἀλληλα σχέσιν καὶ θέσιν καὶ συμπλοκὴν παραδιδόναι βού- 20
 ληται, οὐ ποιεῖσθαι ἢ δημιουργεῖσθαι φησιν, ἀλλ' ἐξηρτῆσθαι, ὡς ἐν τῷ
 πρώτῳ τῶν περὶ Ζῴων Ἱστορίας ἐκ τοῦ μέσου τῶν νεφρῶν τὴν φλέβα φησὶν
 ἐξηρτῆσθαι, κὰν τῷ τετάρτῳ τῶν περὶ Ζῴων Μορίων τὸ ἐπίπλοον ἐκ μέσης
 τῆς κοιλίας ἐξηρτῆσθαι. οὐδὲ γὰρ ἢ οἱ νεφροὶ τὴν φλέβα ἢ ἡ κοιλία τὸ
 ἐπίπλοον δημιουργεῖ, ἀλλ' ἀρχὴ τις ἐστίν, ἧς ἄνευ οὐκ ἂν δύναίτο συστήναι 25
 πρὸς τὴν τοῦ ὅλου σύνθεσιν τὸ ἐκείνης ἐξηρτημένον. ὥσπερ οὖν ἐν τούτοις
 V 129ν ὁ τοῦ ἐξηρτῆσθαι λόγος τῶν δευτέρων μερῶν πρὸς τὰ πρῶτα καὶ κυριώ-
 τερα συμπλοκὴν σημαίνει, οὕτω κὰν τῇ καθ' ὅλου φύσει ἀκουστέον τὸ ἐν
 τῷ δωδεκάτῳ τῶν Μετὰ τὰ φυσικὰ λεγόμενον τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν φύσιν
 τοῦ θεοῦ ἐξηρτῆσθαι κὰν τῷ τῶν περὶ Οὐρανοῦ πρώτῳ τοῦ ἀθανάτου καὶ 30
 θείου αἰῶνος ἐξηρτῆσθαι τοῖς ἄλλοις, »τοῖς μὲν ἀκριβέστερον τοῖς δ' ἀμαυ-
 ρότερον, τὸ εἶναι τε καὶ ζῆν.« τὴν δὲ καθ' ὅλου ταύτην φύσιν ὀνομάζει
 σαφέστερον Ἄριστοτέλης κὰν τῷ πρώτῳ τῶν Πολιτικῶν λέγων· »ὅσα ἐκ
 πλειόνων συνέστηκε καὶ γίνεται ἐν τι κοινόν, εἴτε ἐκ συνεχῶν εἴτε ἐκ
 διηρημένων, ἐν ἅπασιν ἐμφαίνεται τὸ ἄρχον καὶ τὸ ἀρχόμενον. καὶ τοῦτο 35
 ἐκ τῆς ἀπάσης φύσεως ἐνυπάρχει τοῖς ἐμψύχοις.« οὐ ποιεῖν οὖν τὸν θεὸν
 ἢ δημιουργεῖν οἰητέον βούλεσθαι σημαίνει τὸν Ἄριστοτέλην διὰ τοῦ λέγειν
 τοῦ θεοῦ ἐξηρτῆσθαι τὴν φύσιν, ἀλλ' εἰς τὸν τοῦ συναμφοτέρου λόγον
 ἀναφέρειν χρεῶν, τὴν τῶν εἴτε οὐσιωδῶν εἴτε συμπληρωτικῶν μερῶν πρὸς

10 θεωροῦμεν V. | 88 ὅσα] Bekker add. γὰρ

15 cf. Arist. Περὶ Αἰσθ. καὶ Αἰσθητ. 4. 442 a, 4 sq. | 17 cf. Arist. De Part. Anim. β 1. 647 b, 4—7. | 18 cf. Arist. De Part. Anim. β 4. 650 b—651 a. | 28 cf. Arist. De

Nunc ad respondendum argumentis adversarii venio. Primum dependen- 15
 dentia caeli fundatur ex eo, quod deus fecerit generationem continuam
 et saepius dixerit idem auctor Aristoteles deum facere. Hinc enim ad-
 versarius putat causam esse deum efficientem omnium rerum. Ratio, quam
 5 sibi potissimam arbitratur et saepius repetit, haec est. Sed quam levis et
 infirma sit, facile iam ex iis, quae exposuimus, intellegi potest. Dependere
 enim, quod ἐξηρεῖσθαι Aristoteles dixit, non efficientiam aut creationem
 monstrat, sed aut finem, cum res unaquaeque ex suo dependeat fine, aut si
 propriam termini significationem et usum frequentem sequamur, situm dicit
 10 partis fundatae in altera parte, sine qua esse non possit. Atque plurimum
 refert, creari aut effici an dependere dicas, si sententiam Aristotelis sequi velis
 et usum servare verborum, quem ipse probaverit. Alimentum enim augeri
 et δημιουργεῖσθαι, quod creari est, a calore dicit in libro de Sensu, et in
 corde primo vim esse creantem sanguinem in secundo de Partibus Animalium.
 15 In quo et sanguinem crassiorem calidioremque ποιητικώτερον, id est effi-
 cientiorem esse virium corporis asseverat, videlicet cum causam efficientem
 alimenti, sanguinis, virium velit explicare. At vero cum partium situm,
 respectum et copulationem certam exponit, non effici aut creari dicit, sed
 dependere, velut in primo de Historia Animalium ex medio renum venam
 20 dependere scribit et in quarto de Partibus Animalium omentum ex medio
 ventriculo dependere. Non enim vel renes venam vel venter omentum
 creat, sed principium est, sine quo stare ad totius compositionem non
 possit ea pars, quae inde dependeat. Ut igitur in his dependendi ratio
 partium copulationem secundarum imprimis et principalioribus fundatam
 25 significat, sic in universae naturae ratione intellegendum est id, quod duo-
 decimo Metaphysicae scribitur caelum et naturam ex principio, quod deus
 est, dependere et primo de Caelo ex aevo immortalis divinoque dependere
 ceteris partim apertius, partim obscurius esse et vivere. Nominat hanc
 universam naturam apertius Aristoteles in primo Politicorum libro, cum
 30 dicat in omnibus, quae ex pluribus sive continuis sive divisis consistunt
 et unum aliquod fiunt, inspicere imperans et imperatum, idque ex universa
 natura inesse in singulis animatis. Non itaque deum efficere aut creare
 putandum eo, quod dependere ex illo vel naturam vel vitam scriptum est,
 sed ad aggregati rationem referendum, quod veluti partium modum tum

Hist. Anim. α 17. 497 a, 13 sq. | 24 cf. Arist. De Part. Anim. δ 3. 677 b, 16—18. | 80 cf.
 Arist. Metaph. λ 7. 1072 b, 14. | 81 Arist. De Caelo α 9. 279 a, 29 sq. | 88 Arist. Pol.
 α 5. 1254 a, 28—32.

ἄλληλα θέσιν τε καὶ σχέσιν σημαίνοντος τοῦ ὀνόματος, ἢ ἴσως τὴν πρὸς τὴν τελικὴν αἰτίαν ἀναφορὰν ληπτέον, εἴ γε ἕκαστον, ὡς εἴρηται, τοῦ ἰδίου τέλους ἐξήρτηται, τό τε τέλος ἢ τέλος ποιητικὸν αἴτιον εἶναι οὐκ ἐγχωρεῖ.

16 Εἰ δ' ὁ ἐναντίος οὕτω καὶ αὐτὸς νοῶν τὸ τοῦ ἐξηρτῆσθαι σημαίνον-
 μενον ὡς ἡμεῖς, κατακέχρηται ὅμως τῷ τοῦ δημιουργεῖν καὶ ποιεῖν ὀνό- 5
 ματι εἰς ταύτην τὴν ἔννοιαν, οὐδὲν πλέον ἀμαρτάνει, ἢ ὅτι οὐ κυριολογεῖ.
 εἰ δ' ὅτι ὁ θεὸς ἐστὶν αἰτία τοῦ εἶναι τοῦ κόσμου, διὰ τοῦτο καὶ ποιεῖν
 αὐτὸν νομίζει, ἀμαρτάνει. οὐδὲ γὰρ τὸ ὄν αἰτία τοῦ εἶναι τὸ αὐτὸ διὰ
 τοῦτο καὶ τοῦ ποιεῖν ἐστίν. ἢ γὰρ ψυχὴ αἰτία ἐστὶ τοῦ τὸν ἄνθρωπον
 εἶναι, οὐκ ἐστὶ γε μὴν τὸ ποιοῦν τὸν ἄνθρωπον, εἰ μὴ ἐφ' ὅσον τὸ σῶμα 10
 ποιεῖ, οὐ εἶδος αὐτὴ ἐστὶν ἡ ψυχὴ. ὁ τῷ θεῷ καὶ ἡμεῖς κατ' Ἀριστοτέλην
 ἀποδιδόαμεν ὡς διὰ τοῦ οὐρανοῦ ποιοῦντι τὰ ὑπ' αὐτοῦ τοῦ οὐρανοῦ ἀμέσως
 γινόμενα. ἐξ ὧν καὶ ἐτέρου λόγου, ᾧ ὁ ἐναντίος συνεχῶς κέχρηται, λύσις
 V 130 ἀναφαίνεται. ποιεῖ γὰρ ὁ θεός, καὶ τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ θεῖον αἰτία ἐστὶν
 αἰ τοῦ βελτιῶσθαι ἐν τοῖς ἐνδεχομένοις, ὡς ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν περὶ Γενέσεως 15
 Ζῳῶν λέγεται. ἀλλὰ διὰ τῆς τοῦ οὐρανοῦ κινήσεως καὶ τῆς φύσεως τοῦτ'
 ἐστίν. ἐπεὶ γὰρ διττός ἐστὶν ὁ τῆς ποιητικῆς αἰτίας λόγος ἢτοι δι' αὐτοῦ
 ἢ δι' ἐτέρου, δηλονότι ὁ μὲν ὄθεν ἢ ἀρχὴ τῆς κινήσεως, ὁ δὲ τὸ τοῦ ἀπλῶς
 κινουῦντος καὶ ποιοῦντος εἶδος, ὁ θεὸς οὐχ οὕτως ἐστὶν αἰτία ποιητικὴ ὡς
 τὸ ἀπλῶς κινουῦν, ἀλλ' ὡς τὸ ᾧ κινεῖ δὴ τοῦτό γε καὶ ποιεῖ ἐνεργεῖα τε 20
 ὄν ἤδη καὶ ὑφεστῶς, ὃν τρόπον καὶ τῇ ψυχῇ τὴν ποιητικὴν ἀποδιδόαμεν
 αἰτίαν. ὅτι γὰρ εἶδος ἐστὶ τοῦ ἀνθρώπου τοῦ ἀπλῶς οὕτω λεγομένου ποιεῖν,
 διὰ τοῦτο τὰ ὑπ' ἀνθρώπου ποιούμενα ταῦτα καὶ πρὸς τὸ εἶδος ἀναφέροντες
 λέγομεν ὑπὸ ψυχῆς γίνεσθαι, εἰ καὶ βέλτιον λέγοιτ' ἂν τῇ ψυχῇ γίνεσθαι
 μάρτυρι Ἀριστοτέλει ἐν τῷ πρώτῳ τῶν περὶ Ψυχῆς. »βέλτιον γὰρ ἴσως 25
 ἐστὶ, φησί, λέγειν οὐ τὴν ψυχὴν ἐλεεῖν ἢ διδάσκεισθαι, ἀλλὰ τὸν ἄνθρωπον
 τῇ ψυχῇ.« καὶ πολλῶ ἀκυρώτερον λέγεσθαι οἴεται, εἴ τις ὑφαίνει ἢ οἰ-
 κοδομεῖν λέγοι τὴν ψυχὴν. ἀλλ' ὅμως τοῦ ὑφαίνειν τε καὶ οἰκοδομεῖν ἀρχὴ
 ὡς τὸ ὄθεν ἢ κινήσις ἐστὶν ἡ ψυχὴ. ἀλλ' ἐπεὶ οὕτως ἐστὶν ἀρχὴ ποιητικὴ,
 ὡς οὐχ ἀπλῶς, ἀλλ' ὡς εἶδος τοῦ ἀπλῶς καὶ κυρίως ποιητικοῦ τοῦ ὑφαίνειν 30
 τε καὶ οἰκοδομεῖν, διὰ τοῦτο οὐκ ὀρθῶς λέγεται ἡ ψυχὴ οἰκοδομεῖν ἢ ὑφαί-
 νειν. ὁμοίως οὐδὲ κυρίως ἂν τις εἴποι κατ' Ἀριστοτέλην τὸν θεὸν ποιεῖν
 τὸν οὐρανὸν ἢ τι τῶν ὑπὸ τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς ἐκεῖνου κινήσεως ποιουμένων.
 οὐδὲ γὰρ ἡ ψυχὴ ποιεῖ τὸν ἄνθρωπον, εἰ καὶ ποιητικὴ ἐστὶν ἀρχὴ, οὔτε ὁ
 θεὸς τὸν οὐρανόν, εἰ καὶ μὴ παθητικὴ ἀλλὰ ποιητικὴ εἶη ἀρχὴ, ἐξ ἧς καὶ 35
 ἐστὶν καὶ διατηρεῖται καὶ ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ φύσις. λέγων οὖν ὁ ἐναντίος
 τὸν θεὸν ποιῆσαι καὶ ποιεῖν συνεχῆ τὴν γένεσιν, εἰς Ἀριστοτέλην ἀναφέρων,
 γνώτω οὕτω ποιῆσαι καὶ ποιεῖν τὸν θεὸν κατὰ τὴν Ἀριστοτέλους δόξαν,
 ὥσπερ ἡ ψυχὴ ὑφαίνει τε καὶ οἰκοδομεῖ. τοῦτο δὲ οὐ λόγοις μόνον ἐκ τῆς
 V 130 Ἀριστοτέλους φιλοσοφίας ἐστὶ λαβεῖν, ἀλλὰ καὶ αὐτοῖς αὐτοῦ ῥήμασι τοῦ 40
 φιλοσόφου ἐκ τῶν περὶ τοῦ Κόσμου πρὸς Ἀλέξανδρον τὸν βασιλέα ἐστὶ
 καταμαθεῖν, τὸν θεὸν λέγοντος πάντων τῶν ἐν τῷ κόσμῳ συντελουμένων
 εἶναι γενέτωρα οὐ μὴν αὐτουργοῦ κάματος ὑπομένοντα. ἀλλὰ διὰ τῆς τοῦ

essentialium tum etiam integralium recipere potest, aut certe ad finem, cum a suo quodque dependeat fine, ut dictum est, et finis, qua finis est, esse non possit efficiens causa.

Quodsi adversarius significatum dependentiae ita intellegens, ut nos 16
 5 exponimus, verbo tamen efficiendi et creandi abutitur ad eundem sensum, non plus peccat, quam quod improprie loquitur. Sed si, quoniam causam esse deum, ut mundus sit, audit, ideo et efficere putat, longe aberrat. Non enim, quod causa sit essendi, idem propterea et efficiendi est. Iam anima causa est, ut homo sit, sed tamen non est, quae efficiat hominem, nisi
 10 in quantum id efficit, cuius forma ipsa anima est. Quod deo et nos ex Aristotelis opinione tribuimus, ut per caelum efficiat, quaecumque ab ipso caelo immediate efficiuntur. Unde vel alterius loci solutio patet, quo libenter adversarius volvitur. Facit enim et deus, et quidem bonitas atque divinitas semper secundum suam naturam causa melioris in rebus contin-
 15 gentibus est, ut in secundo de Generatione Animalium dicitur, sed per motum caelestem et naturam. Cum enim duplex sit ratio causae efficientis aut enim per se aut per alterum, hoc est altera unde principium motus simpliciter, altera quae forma est eius, quod simpliciter moveat et efficiat, deus non ita causa efficiens est ut quod simpliciter moveat, sed sicut id,
 20 quo actu quicquam iam substans moveat et efficiat, quomodo et animae causam efficientem tribuimus. Quod enim forma hominis est, qui simpliciter et proprie agere dicatur, ideo quae ab homine effective agantur, haec ad formam quoque referentes dicimus ab anima effici, quamquam melius dici potest anima effici quam ab anima teste Aristotele primo de
 25 Anima: »Melius, inquit, fortasse sit non animam dicere misereri aut discere aut intellegere, sed hominem anima.« Atque longe improprie dici existimat, si quis texere aut aedificare animam refert. Atqui texendi aedificandique principium unde motus anima est. Sed quoniam ita principium efficiens est, ut non simpliciter sit, sed in quantum forma est eius, quod simpliciter
 30 et proprie efficiens texendi aedificandive est, ob id inepte anima dicitur texere aut aedificare. Et longe ineptius dixeris deum efficere caelum aut ex his aliquid, quae caelum suo motu efficiat iudicio Aristotelis. Nec enim anima efficit hominem, quamvis principium sit activum, nec deus caelum, quamvis non passivum, sed activum principium sit, de quo sit et servetur
 35 caelum atque natura. Cum itaque adversarius dicit deum fecisse et facere continuam generationem, idque ad Aristotelem auctorem refert, discat ita deum fecisse et facere sententia Aristotelis, sicut anima textit atque aedificat, idque non solum ex ratione disciplinae Aristotelicae colligi, sed verbis etiam eiusdem auctoris exprimi in libro de Mundo ad Alexandrum regem,

12 ἀποδιδάμεν V | 21 ἀποδιδάμεν V | 28 ἐστὶ Bekker om. | λέγειν οὐ V μὴ λέγειν Bekker | διδάσκεισθαι V μανθάνειν ἢ διανοεῖσθαι Bekker

25 Arist. De Anima α 4. 408 b, 13—15. | 42 cf. Arist. De Mundo 6. 397 b, 20—30.

οὐρανοῦ ἐνεργείας, ὃς πρῶτος διὰ τὴν γειτνίασιν τῆς θείας αὐτοῦ ἀπολαύει δυνάμεως, ποιεῖ, διατίθησι, κυβερνᾷ καὶ συνέχει τὸ πᾶν. τοιοῦτόν ἐστι τὸ τὸ τοῦ ἐναντίου ἐπιχειρήμα, ὃ πεποικῶς οὐκ ὀκνεῖ τὸν Ἀριστοτέλη συγκατατάττειν Χριστιανοῖς.

17 Ἐπιστῆσαι δὲ δεῖ καὶ ὅπερ ἐπάγει τὴν φύσιν αἰτίαν εἶναι ὀργανικὴν. ὁ ἑαυτῷ γὰρ ἀντιφάσκει τοῦτο λέγων, ὃς ἄλλοτε πρὸς Ἡσαίαν κατὰ Πλάτωνος γράφων ἐσπούδασε δεῖξαι κατ' ἰδίαν δόξαν μὴ δύνασθαι εἶναι τὴν φύσιν αἰτίαν ὀργανικὴν, εἰ γὰρ τὸ μὲν ὄργανον χωριστόν ἐστι τοῦ ὑπ' αὐτοῦ γινομένου. ἡ δὲ φύσις ἐνυπάρχει τοῖς πράγμασιν. ἀλλ' ὑφ' ἑτέρας ἀποκρίσεως ἡμετέρας ἐπιδιορθωθείς μεμάθηκε τὴν ἀλήθειαν συνεὶς τῆς ἀσθενείας τοῦ ἰδίου σοφιστικοῦ ἐπιχειρήματος καὶ ἐκὼν ἄκων ἔπεται Πλάτωνι, ὃ πρότερον ἀπεδοκίμαζε, τοῦτο νῦν δεχόμενος καὶ εἰς βοήθειαν ἑαυτοῦ τε καὶ Ἀριστοτέλους χρώμενος. ἔστω οὖν Ἀριστοτέλη τὴν φύσιν αἰτίαν ὀργανικὴν νομίζειν, εἰ γὰρ μὴ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ πάντα τὰ τοῦ καθηγεμόνος παραδέχεται, εἰ καὶ ποτε ῥήμασι καὶ τῷ φαινομένῳ δοκεῖ τισιν ἐναντιοῦσθαι αὐτῷ. τί δὲ ἐκ τούτου ἔπεται, εἰ ἡ φύσις ἐστὶ τοῦ θεοῦ ὄργανον καὶ ὑπηρέτης; φαίη ἂν Ἀριστοτέλης, ὡς ὁ θεὸς ποιεῖ διὰ τῆς φύσεως ὡσπερ καὶ ἡ ψυχὴ διὰ μέσου τοῦ σώματος. αὐτὴν δὲ τὴν φύσιν οὔτε πεποίηκεν οὔτε ποιεῖ.

18 Πρὸς δὲ τὸ δεύτερον ῥητέον, εἰ καὶ τὸ τελικὸν καὶ ποιητικὸν αἴτιον συνέρχονται εἰς ταῦτό, ἀλλ' ὅμως ἐπεὶ ὁ θεὸς οὐδὲν ἀμέσως ποιεῖ ὡς δέδεικται ἐκ τῆς τῶν Περιπατητικῶν δόξης, κενὸν αὐτῷ τὸ ἐπιχειρήμα γίνεται. εἰ γὰρ καὶ τελικὴ καὶ ποιητικὴ αἰτία ἐστὶν ὁ θεός, ὅμως ἐπεὶ οὐ δι' ἑαυτοῦ, ἀλλὰ δι' ἄλλου ἐστὶ ποιητικόν, οὐδὲν τοῦτο συντελεῖ τῷ

V 181 ἐναντίῳ πρὸς δεῖξιν τοῦ τὸν θεὸν ἐκ τοῦ μηδενὸς δημιουργῆσαι τὸ πᾶν. **25**

19 Πρὸς δὲ τὸ τρίτον, τῶν ἡμετέρων διδασκάλων καὶ θεολόγων εἰσὶ ταῦτα, οἷς καὶ ἡμεῖς κατὰ πάντα ἐπόμεθα, οὐκ Ἀριστοτέλους, ὡς προδεδήλωται. κατὰ γὰρ τὴν ἐκείνου γὰρ δόξαν οὐδὲν ποιητικῶς ὑπὸ τοῦ θεοῦ γίνεται εἰ μὴ διὰ μέσου τοῦ οὐρανοῦ. ὁ δ' οὐρανὸς ἐκ προὑποκειμένης ὕλης ποιεῖ, ἢ ποιεῖ. »ἀλλὰ τούναντίον, φησὶν, εἰ διὰ κινήσεως καὶ χρόνου καὶ ὑποκειμένου τινὸς ποιεῖ, οὐκ ἂν δύνατο εἶναι ἐνέργεια ἀμιγῆς.« μᾶλλον μὲν οὖν δύναται. οὐ γὰρ διὰ τὸ ἀμιγῆ εἶναι καὶ τὰ ἀδύνατα ἂν ποιήσῃ, φαῖεν ἂν οἱ περὶ Ἀριστοτέλη, οἷόν τί ἐστι καὶ τὸ ἐκ μηδενὸς γίνεσθαι τι. τὸ γὰρ ὕλης πάσης κεχωρισμένον μὴ δύνασθαι ἀμέσως μεταβάλλειν τὴν ὕλην διαρρήδην ἐν τῷ ἐβδόμῳ τῶν Μετὰ τὰ φυσικὰ Ἀριστοτέλης διῖσχυρίζεται. ὅπερ ὁ Ἀβερρόης ἐξηγούμενος· »ἀδύνατόν ἐστι, φησί, τὰ χωριστὰ εἶδη μεταβάλλειν τὴν ὕλην, εἰ μὴ διὰ τινος μέσου ἀμεταβλήτου σώματος«, οἷόν ἐστιν ὁ οὐρανός.

20 Πρὸς δὲ τὸ τέταρτον, εἰ τὸ παντοδυνάμενον οὕτω νοεῖ, ὡς οἱ ἡμέτεροι θεολόγοι καὶ ἡ καθολικὴ πίστις διδάσκει, ὡς δύνασθαι δηλονότι τὸν θεὸν πάντα ποιεῖν ἀμέσως καὶ αὐτὰ τὰ διὰ τῶν δευτέρων αἰτίων ἄνευ αὐτῶν καὶ μὴ ἀδύνατα εἶναι ὑπὸ θεοῦ γίνεσθαι πάντα τὰ μὴ περιέχοντα ἀντίφασιν, φημὶ τὴν τοιαύτην παντοδυναμότητα πόρρω εἶναι τῆς τοῦ Ἀριστοτέλους

cum deum dicat genitorem omnium, quae in mundo efficiuntur, esse, non quod ipse operator sit, sed quoniam caeli opera, quod primum virtutis divinae particeps est, omnia faciat, disponat, gubernet, conservet. Tale est argumentum adversarii, quo praecipue fretus Aristotelem Christianum
5 non dubitaverit facere.

Sed attendendum, quod adiecerit naturam causam esse instrumentalem. 17 Sibi enim ipse contradicit, cum superiore tempore scribens ad Hesaiam contra Platonem demonstrare voluerit ex sua opinione naturam esse non posse causam instrumentalem, rationeque uteretur, quod instrumentum
10 separatur ab eo, quod per ipsum efficitur. Natura autem non separatur a rebus, quas efficit, naturalibus. Sed altera tunc nostra responsione emendatus didicit captiunculam sui argumenti et intellectum instrumentalis causae ex opinione Platonis, quem non parum probasse videtur, quando, quod ante reprehendebat, eo nunc decorare Aristotelem studet. Sit igitur natura
15 causa instrumentalis, idque Aristotelem voluisse concedo, quando eum non solum hoc, sed omnia Platonis sui praeceptoris placita animo coluisse intellego, quamquam interdum verbo praeceptorem urget et imperitos fallit. Sed quidnam, si natura sit dei instrumentum? Fecerit ita profecto deus mediante natura, ut et anima mediante corpore. Verum naturam
20 ipsam nunquam nec fecit nec facit.

Ad secundum, finis et efficiens etsi coincidunt sive conveniunt in 18 idem, tamen quoniam deus nihil immediate efficit, ut ostensum est, frustra ita arguitur. Et licet idem deus et finis sit et efficiens, tamen quia non per se, sed per aliud efficiens est, nihil hoc adversarium iuvat, ut deus
25 ex nihilo faciat.

Ad tertium, theologorum nostrorum sunt ista, quibus nos quoque 19 adhaeremus, non Aristotelis, ut iam expositum est. Nam sententia eius quidem auctoris nihil effective nisi mediante caelo a deo agitur. Caelum autem semper subiecto praesupposito efficit, quicquid efficit. »Contra, inquit,
80 si per motum et tempus et subiectum agit, esse actus purus non potest.« Immo vero potest. Non enim suae puritatis ratione impossibile etiam agere debet, quale istud est ex nihilo aliquid fieri. Quod enim separatum a materia est, non posse immediate materiam immutare auctor Aristoteles septimo Metaphysicae est. Quem locum exponens Averroes: »Impossibile
85 est, inquit, ut formae separatae immutent materiam nisi corpore mediante non mutabili«, scilicet caelesti.

Ad quartum, si omnipotentiam accipit eo modo quo nostri theologi, 20 ut deus facere possit immediate, nec repugnat fieri a deo, quicquid non implicat contradictionem, respondeo talem omnipotentiam remotam esse
40 ab Aristotelis opinione, quod et ceteri omnes theologi nostri et Scotus

7 cf. Georg. Trap. Epist. ad Hesaiam (apud. Bess. De Natura et Arte c. 3.). | 10 cf. Bessarionis De Natura et Arte c. 4. | 80 cf. Georg. Trap. Comparationes II. 7. | 86 Averr. In Arist. Metaph. VII. c. 28.

δόξης, ὡς τοῖς τε ἄλλοις διδασκάλοις καὶ θεολόγοις ἡμῶν δοκεῖ καὶ Σκότῳ ἀνδρὶ σοφωτάτῳ. ὅς καὶ τὸν λόγον, δι' ὃν τοῖς φιλοσόφοις ἀδύνατον ἔδοξε τὸ τὸν θεὸν οὕτω παντοδύναμον εἶναι, ὥστ' ἀμέσως ποιεῖν δύνασθαι, οὕτω φησὶν ἀποδιδούς, ὅτι πρὸς οὐδὲν ἐνδεχομένως ἀμέσως ἔχει ἢ ἀναγκαῖα καὶ τελεωτάτη ἀρχή. *τούτῳ γὰρ ἔπεται, φησὶν, τὸν θεὸν μὴ πᾶν τὸ δυνατὸν 5 δύνασθαι προάγειν. οὐδὲ γὰρ δύναται τις αἰτία ἀποδοιῆναι τῆς τοιαύτης καινουργίας οὔτε ἐξ αὐτῆς τῆς ἀρχῆς ἀναγκαίως γε οὔσης οὔτε μὴν διὰ τι τῶν ἐξωθεν ἐμπόδιον τελεωτάτης τε οὔσης καὶ πάντῃ ἀνεμποδίστου τῆς τοιαύτης V 131^v ἀρχῆς. ἔτι δ' ἔφεται, εἰ ὁ θεὸς δύναται πᾶν ἀποτέλεσμα ἀμέσως ποιεῖν ἄνευ τῶν δευτέρων αἰτίων, δύνασθαι ἂν ποιεῖν καὶ μηδὲν τῶν δευτέρων αἰτίων 10 οἰκείαν ἐνέργειαν ἔχειν καὶ οὐσίαν. ταῦτα δὲ ἄτυπα Ἀβερρόη δοκεῖ ἐν τῷ δωδεκάτῳ τῶν Μετὰ τὰ φυσικά, ἐπεὶ κατὰ τὸν Ἀριστοτέλη παρὰ τὴν πρώτην αἰτίαν καὶ ἄλλαι οὐσίαι εἰσὶν ἀναγκαίως οὔσαι. ἀκολουθήσει δὲ καὶ τὴν τῶν αἰτίων τάξιν μὴ εἶναι ἀπλῶς ἀναγκαῖαν καὶ οὐσιώδη, ἵπερ Ἀριστοτέλης ἀποδοκιμάζει ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν Μετὰ τὰ φυσικά. * ἵρξ, ὡς μάρτυρι 15 καὶ τῷ Σκότῳ οὐ δύναται ἀναφέρεσθαι εἰς Ἀριστοτέλην τὸ τοιοῦτο παντοδύναμον τοῦ θεοῦ, ὅλον οἱ ἡμέτεροι θεολόγοι καὶ ἡμεῖς πιστεύομεν. ἦτοι γὰρ οὐδαμῶς τίθεται Ἀριστοτέλης παντοδύναμον τὸν θεὸν ἢ τὸ παντοδύναμον αὐτοῦ ἐν τούτῳ περικλεῖει μόνον ἐν τῷ ἐξηρητῆσθαι τὸν κόσμον αὐτοῦ ὡς ἐκ πρώτης αἰτίας τελικῆς συνέχεσθαι τε καὶ συντηρεῖσθαι εἰς 20 τὸ εἶναι.

21 * Ἀλλὰ τούναντίον, φησὶν, ὁ θεὸς ἐστὶν »ἐνέργεια ἀμιγῆς«. ἔχει ἄρα ἀπειρον δύναμιν κατὰ τὸ ποιόν, καὶ διὰ τοῦτό ἐστι παντοδύναμος. * ἀλλ' οὐχ ἔπεται, ὡ τάν. οὐδαμοῦ γὰρ εἶρηκεν Ἀριστοτέλης τὸν θεὸν ἀπειροδύναμον κατὰ τὸ ποιόν. ἔθεν εἰ καὶ εἶη ἐνέργεια ἀμιγῆς, οὐ διὰ τοῦτο 25 μέντοι οὕτως εἶναι παντοδύναμος δύναται, ὡς ἐκ μηδενός τι ποιεῖν, ὡς ἤκουσας πολλάκις ἐκ τῆς τῶν Περιπατητικῶν γνώμης εἰρημένον. τὸ γὰρ ὕλης ἀπάσης κεχωρισμένον τὴν ὕλην ἀμέσως μεταβάλλειν οὐ δύνασθαι ἤκουσας λέγοντος Ἀριστοτέλους, ὅς τούτῳ τῷ λόγῳ κατὰ τῶν ἰδεῶν τοῦ Πλάτωνος ἐν τῷ ζ' τῶν Μετὰ τὰ φυσικά ἐπιχειρεῖ. οὐδὲν ἄρα τῶν γινω- 30 μένων ποιεῖ πλὴν διὰ τῆς τοῦ οὐρανοῦ κινήσεως. * καὶ μὴν, φησὶ, τούτῳ τῷ τρόπῳ φανερωθῆιη ἂν τὸ παντοδύναμον τοῦ θεοῦ. * τοῦτο γὰρ ἐστὶ τὸ πέμπτον τῶν ἐπιχειρημάτων αὐτοῦ. ἀλλ' οὐχ οὕτως ἔδει, φαῖεν ἂν οἱ περὶ V 132 Ἀριστοτέλην, ἀλλ' ἐν τῷ ἐξηρητῆσθαι αὐτοῦ ὡς ἐκ πρώτης αἰτίας τὸν κόσμον καὶ ὑπ' αὐτοῦ συνέχεσθαι τε καὶ εἰς τὸ εἶναι διατηρεῖσθαι, εἰ γε τὸ 35 ἐκ μηδενός τι γίνεσθαι ἀδύνατον δέδεικται τῷ θεῷ εἶναι.

22 Πρὸς δὲ τὸ ἕκτον, τίθεσθαι μὲν δεῖν ἐν τῇ τάξει τῶν ποιητικῶν αἰτίων πρώτην αἰτίαν ποιητικὴν ἠμολογῶ. ὁ δ' ἐπάγει τὸ τὴν πρώτην ποιητικὴν αἰτίαν ἐκείνην μηδὲν ἐν τῷ ποιεῖν ἑαυτῇ προϋποτιθέσθαι ψευδὴς ἐστὶ κατ' Ἀριστοτέλην. ὃν δ' ἐπιφέρει λόγον, ὡς εἰ προϋποτίθησθαι τι ἑαυτῇ, 40 οὐκ ἂν εἶη ἀπλῶς πρώτη, οὐδ' αὐτὴς ἀληθεύει. οὐ γὰρ δὴ λέγεται ἀπλῶς πρώτη διὰ τὸ μηδὲν προϋποτιθέσθαι - - τοῦτο γὰρ ἀδύνατον Ἀριστοτέλει δοκεῖ - - ἀλλὰ διὰ τὸ μὴ κατὰ δύναμιν ἐτέρας αἰτίας προτέρας ποιητικῆς αὐτῆς

doctor insignis fatetur et rationem, cur a philosophis impossibile vocatur, ut deus ita omnipotens sit, ut immediate efficere possit, illam reddit, quod principium necessarium et omnino perfectum ad nihil immediate contingenter se habet. »Ita enim fit, inquit, ne deus possit omne possibile
 5 causare, cum haec novitatis ratio assignari non possit neque ex parte principii, quod necessarium est, neque ex parte alicuius impedimenti, quoniam principium ipsum perfectissimum et inimpedibile est. Sequeretur etiam, si deus creare posset omnem effectum sine causa secunda, ut et facere posset, quod nulla causa secunda haberet propriam actionem et essen-
 10 tiam propriam. Quod absurdum omnino est, ut commentatoris sententia patet in duodecimo *Metaphysicae*, quoniam secundum Aristotelem praeter causam primam aliae quoque sunt necessariae. Quin etiam sequeretur, ut ordo in causis non esset simpliciter necessarius et essentialis, quod negatur ab Aristotele secundo *Metaphysicae* libro.« Sic et Scoti iudicio referri ad
 15 Aristotelem non potest omnipotentia eo modo, quo a nostris theologis intellegitur. Quam ob rem aut nulla dei omnipotentia est sententia Aristotelis aut ea tantum est, quae in dependentia mundi ex prima causa et in conservatione rerum cunctarum appareat.

»Contra, inquit, deus est »actus purus«. Ergo habet potentiam infinitam
 20 intensive et proinde omnipotentiam.« Respondeo non sequi istud, quando nec usquam ab Aristotele scriptum legimus deum esse virtutis infinitae intensive. Et licet sit actus purus, tamen non propterea ita esse omnipotens possit, ut aliquid ex nihilo faciat. Quod enim separatum a materia est, materiam immutare non potest, qua ratione usus Aristoteles est contra
 25 Platonis ideas septimo *Metaphysicae*. Nullam igitur rem factibilem attingere possit nisi per motum caelestem. »Contra, inquit, debuit ita manifestari omnipotentia dei.« Hoc enim quintum erat argumentum. At non ita manifestari debuit, sed potius in dependentia caeli ex prima causa et in conservatione cunctarum rerum, quoniam impossibile est etiam deo ipsi,
 30 ut quicquam ex nihilo fiat.

Ad sextum, dari quidem primam causam efficientem in ordine
 causarum efficientium concedo. Sed quod praeterea adiicit causam illam efficientem primam nihil praesupponere nego. Et ad rationem, quod, si praesupponeret, non esset prima simpliciter, falsum id esse respondeo, cum
 35 non dicatur prima simpliciter, quia nihil praesupponat — id enim impossibile est — sed quia non in virtute prioris causae efficientis ipsa efficiat et per

Metaph. III. 20, 20—22.

2 cf. Ioh. Scot. In I. Sentent. dist. 42. | 22 cf. Georg. Trap. Comparationes II. 8. |
 30 cf. Arist. Metaph. ζ 15, 1039 b — 1040 b.

ποιεῖν καὶ διὰ τῆς πρώτης τε καὶ καθ' ὅλου κινήσεως ποιεῖν. οὕτω γὰρ ὑπ' Ἀριστοτέλους ἡ ποιητικὴ αἰτία ὀρίζεται, ὡς ταύτην εἶναι τὸ ὄθεν ἡ ἀρχὴ τῆς κινήσεως. τῇ δὲ κινήσει ἀνάγκη ὕλην προὔποκεῖσθαι.

23 Πρὸς δὲ τὸ ἕβδομον, οὐ δι' ὅτι ὁ θεὸς τῶν ἄλλων ποιούντων ὑπερέχει πάντων, ἐκ τοῦ μηδενὸς ποιεῖν δύναται. οὐ γὰρ τούτῳ τῆς φύσεως δια- 5 φέρει τῷ μηδὲν προὔποτιθέναι τῇ ἑαυτῆς ἐνεργείᾳ, ὡς ἡ φύσις ποιεῖ ὕλης δεομένη — τοῦτο γὰρ ἀδύνατον δέδεικται κατὰ τοὺς Περιπατητικούς — ἀλλὰ διὰ τὸ, ἅπερ ἡ φύσις ὡς ὄργανόν τι καὶ ὑπηρέτης ποιεῖ, τοῦτο ὑπὸ τοῦ θεοῦ αὐθεντικῶς γίνεσθαι ὡς ὑπὸ ποιητικοῦ ἀρχοειδοῦς. διὰ τοῦτο τῶν ἄλλων ποιητικῶν αἰτίων πάντων πολλῶν τῷ μέσῳ ὑπερέχει τε καὶ ὑπέρκειται. 10 οὗτος γὰρ ὁ τοῦ ποιεῖν τρόπος καὶ τελειότερός ἐστιν, εἴποιεν ἂν ἐκεῖνοι, καὶ τῇ θείᾳ μεγαλειότητι οἰκειότερος. δι' ὃ καὶ τὸ τῆς φύσεως ἔργον ἔργον νοητῆς οὐσίας Ἀβερόης εἶναι φησιν. ἡ οὖν ἐκ τῶν ὑφειμένων αἰτίων παραληφθεῖσα ὑπὸ τοῦ ἐναντίου ὁμοιότης οὐ παράδεκτέα ἐστίν. ἰκανὸν γὰρ τῇ θείᾳ ὑπεροχῇ τὸ μὴ ἄλλης προτέρας, ἀλλ' ἰδίᾳ δυνάμει ὡς πρωτίστη τε 15 καὶ κυριωτάτῃ ποιεῖν, ἃ ποιεῖ.

24 Πρὸς δὲ τὸ τελευταῖον, συγκεχωρήσθω μὲν τὸ τὸν κόσμον εἰς τὸ V 132^v μηδὲν ἂν ἀναλυθῆναι τῆς θείας ἀφηρημένης βουλήσεως. οὐ μέντοι διὰ τοῦτο φαίην ἂν ἔπεσθαι ἐκ τοῦ μηδενὸς τὸν κόσμον δεδημιουργῆσθαι. πλεῖστα γὰρ ἐξ ὕλης γεγενημένα ἀναλυθεῖεν ἂν εἰς τὸ μηδὲν τῆς θείας θελήσεως 20 τε καὶ ἀγαθότητος μὴ συνεχούσης αὐτά, οἷά εἰσι ζῶά τε καὶ φυτὰ καὶ ὄσα τοιαῦτα. οὐδεὶς δ' ὅμως διὰ τοῦτο οὕτως ἀναισχύντως ἀρνηθεῖη ἂν ἐξ ὕλης αὐτὰ εἶναι. ἀλλὰ τῷ ὄντι ἐνὸς ἀτόπου δοθέντος πολλὰ ἔπεται. εἰ γὰρ μὴ ἡ τοῦ θεοῦ βούλησις τε καὶ ἀγαθότης συνέχει τὸ πᾶν, ὅπερ ἀδύνατόν ἐστι, δῆλον ὡς ὁ κόσμος εἰς τὸ μηδὲν ἂν ἀναλυθεῖη. τοῦτο δὲ οὐ διὰ τοῦτο 25 γενήσεται, δι' ὅτι ἐκ τοῦ μηδενὸς δεδημιούργηται, φαίην ἂν ὁ φιλόσοφος, ἀλλὰ διὰ τὸ τὴν αἰτίαν ἀφαιρεθῆναι τὴν πάντα τὰ ἀγέννητα καὶ γενητὰ αἰωνίως συνέχουσιν. ἐπὶ τούτοις ἐπὶ τὰ ἄδηλά τε καὶ ἀφανῆ καταφεύγει ὁ ἐναντίος, ἵνα καὶ μᾶλλον λάθῃ σοφιζόμενος. φησὶ γὰρ Ἀριστοτέλην οὐ φανερώς, ἀλλὰ κρύβδην τὰ περὶ τῆς ἐκ τοῦ μηδαμῶς ὄντος προόδου παρα- 30 δοῦναι. τοῦτο δὲ λέγων ὁμολογεῖ τρόπον τινὰ μηδὲν ἔχειν βέβαιον ἐξ Ἀριστοτέλους, ὅπερ ἂν εἴποι. ἡμεῖς δὲ καὶ τῷ θείῳ Θωμᾷ ἐπόμεθα, τὸν Ἀριστοτέλη τῆς μερικῆς, οὐ τῆς καθ' ὅλου τῶν ὄντων ἀψασθαι προόδου λέγοντι, καὶ Πλάτωνα πρὸ Ἀριστοτέλους ὀρώμεν περὶ τῆς καθ' ὅλου ὑπὸ τοῦ θεοῦ τῶν ὄντων προόδου σαφῶς τε καὶ διαρρήδην διαλεγόμενον. εἰ 35 οὖν ἐκεῖνος οὕτω μηδὲν ὑποστειλάμενος περὶ τούτων ἐφιλοσόφησεν, οὐδ' Ἀριστοτέλην εἰκὸς ἢ φόβῳ ἢ αἰδοῖ ἢ ἄλλῃ τινὶ αἰτίᾳ, ὡς ὁ ἐναντίος φησὶν, ἀσαφῶς τε καὶ ἐπικεκαλυμμένως εἰπεῖν, ἃ ἐφρόνει. ἐκ πάντων τοίνυν τούτων τῶν ἡμῖν κατ' Ἀριστοτελικὴν εἰρημένων δόξαν μάτην τε καὶ ψευδῶς ὁ ἐναντίος εἰς Ἀριστοτέλην ἀναφέρει τὴν τοῦ κόσμου δημιουργίαν, ἣν οὔτε 40 ἐξ αἰδίου ὡς Πλάτων καὶ Ἀβικεννάς ἐπόμενος Πλάτωνι οὔτε ἐν χρόνῳ, ὡς οἱ ἡμέτεροι θεολόγοι φασὶν, ἐκεῖνος ὅλως ἐδόξασεν.

primum motum agat universalem. Sic enim ab Aristotele causa efficiens definitur, ut hoc sit unde principium motus. Subiectum autem motui esse necesse est.

Ad septimum, non quia deus agens potentius ceteris agentibus 23
5 est, ideo ex nihilo possit agere. Non enim ita a natura deus distinguitur, ut subiectum, quod sibi praesupponit natura, ille non praesupponat — quod enim impossibile est, ratio divini agentis non recipit — sed quia, quod natura facit ut instrumentum et ministra, id a deo efficitur ut auctore agenteque principali. Ideo potentius agens et nobilius illud est. Hic enim
10 agendi modus et dignior est et perfectionis divinae significantior. Quam ob rem opus naturae opus esse intellegentiae Averroes ait. Similitudo itaque, quam adversarius ab agentibus inferioribus sumit, non admittenda est, cum deus non agat in virtute prioris agentis satisque ad eius prae-
stantiam sit, ut primum principaleque enumeretur.

15 Ad ultimum, conceditur remota dei voluntate mundum posse reverti 24
in nihilum, sed negatur sequi propterea, ut ex nihilo creetur. Multa enim vel ex materia creata sive generata reverti in nihilum possunt remota dei voluntate ut singula animalia, singulae plantae et reliqua generis eiusdem. Sed tamen nemo ob id negaverit haec esse ex materia facta. Nempe dato
20 uno absurdo cetera consequuntur. Quodsi dei voluntas removeatur, quod impossibile est, nulli dubium est, quin mundus in nihilum revertatur. Sed hoc non ideo evenit, quia ex nihilo creatus est, sed quia causa re-
moveatur, quae cuncta ingenita ab aeterno conservat. Refugit etiam ad-
versarius ad obscuriora, ut unus lateat error, aitque Aristotelem non aperte,
25 sed occulte scripsisse de hac ex nihilo productione. Quod cum dicat, fatetur quodam modo nihil se habere, quod certo referat. Nos vero et divi Thomae iudicium sequimur, qui Aristotelem scribit attigisse productionem
entium particularem, non universalem et Platonem eiusdem aetatis auctorem videmus ausum dicere aperte talem mundi productionem. Quodsi ille ita
30 locutus est, ne Aristotelem quidem tacere aut perobscure inserere suis scriptis voluisse arbitramur, si ita sentiret. Falso igitur ad Aristotelem adversarius refert creationem, quam neque ut Avicenna ab aeterno neque ut theologi nostri de novo ille opinatus est.

28 particularem correxi sec. Graecum particularium edit. et codd.

19 φάλην scripsi φαῖεν V